

Sigismundus primus rex Poloniae
Luca de Gorka castellano Posna-
niensi, capitaneo maioris Poloniae
generali, ut in Posnania inquirat
ac puniat Lutheranos.

132

Magnifica sincere nobis dilecte. Decla-
ravimus iam pridem sinceritati tuae de-
creta sive edicta nostra contra sectatores
Lutherani erroris facta, postquam ad no-
titiā nostram pervenerit hunc ipsum
errorem plerisque in locis regni nostri
serpere, ut in eos sinceritas tua, qui hanc
sectam sequi in isto loco deprehensi fu-
erint, ita animadvertat sicut constitu-
tum et prescriptum est à nobis. Nunc
autem accepimus istic in civitate Posna-
niensi quosdam esse, qui fortasse dedi-
ta opera ab his, qui huic malo cre-
scenti suffragantur, et iter seivius aper-
ire conantur, submissi sunt, ut hoc ve-
neno alios imbuentes, magistro suo Diabo-
lo se gratiores reddant et acceptiores,
cuius doctrinam sequentes id agunt, ut
apud eum laboris et industriae suae ube-
riora praemia promereantur. Atque ideo
sinceritatem tuam super hac re admo-
nere volumus, ut se vigilantem et cau-
te gerat ad eos deprehendendos, qui clam
nitentes

nitentes in vitium, libidinem suam in
perniciem reipublice christiana exercere pa:
rant, et imprimis ad destruendum Dei
omnipotentis honorem et laudem, et ad
subvertendas animas christianas, ac ve:
nenis suis mellito quodam pretextu
illitis, à salute avertendas. Mandamus
quoque et omnino volumus, ut com:
municato consilio cum vicario et offi:
ciali ecclesie Posnaniensis, quovunque
comperent tua sinceritas pravis Luteri
dogmatibus adherere, aut illa profiteri et
probare, in eos severe animadvertat, eo mo:
do qui in superioribus literis nostris est
descriptus. Sic enim imprimis rei divinae
inseviendo, gratum et acceptum Deo, cui:
ius res agitur, se reddet, nostram quo:
que gratiam promerebitur, quoniam inter:
est proinde ne quid novi in perniciem
religionis christianae pullulantis vires sur:
mat et coalescat. Quanto autem maiore
cura et studio sinceritatem tuam huic rei
exterminanda operam suam navare cognov:
erimus, tanto maiore favore et benevolen:
tia ad sua merita iustis premiis com:
pensanda, faciet nos propensiores, et be:
ne valeat sinceritas tua. Datum 1525.